



Morbio 26 (46) c. 11 v. 3 ff. III. c.

Dilecte fili saltem et apostolicam benedictionem. Sperantem te circa ea, quae tibi committenda duxerimus, pro tua fidei uirtute ac diligentia, menti nostra abunde satisfacturum. Tibi officium Auditoratus et Comissariatatus causarum criminalium ciuitatis nostra Bononiae, quam merito charissimam habemus, et iuris illius Comitatus, quod Auditorum Ferronem uocant, ad nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum, cum tibi illud contuleris, inchoandum, apostolica auctoritate per nos concedimus et assignamus. Item earundem causarum Auditorum, et super illis Comissariatum generalem cum auctoritate iurisdictionis facultatibusque salariis, emolumentis, honoribusque et quonibus solitis et consuetis ad simile beneplacitum facimus, constituimus et deputamus. Mandamus dilectis filiis modernis et pro temporis existenti diebus ciuitatis Legato, et Vicelegato, necnon quadraginta uiris status libertatis eiusdem ciuitatis Deformationibus, et alijs, ad quos spectat, ut te ad officium huiusmodi eiusdem liberum exercitum iuxta tenorem scriptum recipiant et admittant, tibi respectiue parant, fauere, et assistant, Thesaurario uero et alijs, ad quos itidem pertinet, ut tibi de salarijs et emolumentis huiusmodi suo tempore integri, et cum effectu respondeant. Contrarijs non obstantibus quibuscumque. Volumus autem quod de dicto officio iuste et fideliter exercendo, et de non recipiendis aliquo genere manens, praeferat esculenta et ioculenta, quae triuo consueuerunt, iuxta formam iuris communis, in manus dilecti filij nostri Guidonis Ascany sanctae Mariae in Via lata Diaconi Cardinalis nostri, et sanctae Romane Ecclesiae Cameraeque debitorum praesentis in forma solita iuramentum. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxij Junij. M. D. Lxxij. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

...: Glorierius ...



1563 2/II

Dilecto filio Marco Antonio Averio Medico
Lancin vtriusq[ue] iuris Doctori, Capite primi
Scolium civitatis nrae Bononiae, ac eius Col-
legii Auditori

Marbio 26 (46)

